

carendusⁱ. *Et quia dei causam impedit et statum conturbat ecclesie, ideoque ab eius liminibus arceatur. Ab omnibus quoque talis est cavendus et non in communione fidelium usque ad satisfactionem recipiendus. Est enim statutum olim, ut, qui statum conturbat ecclesiae^j, ab eius liminibus*
 150 *arceatur. Nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona avertit. Vos ergo, si dilectionem abueritis ad invicem et unanimes fueritis, facile tales superare poteritis. Si vero, quod absit, discordes fueritis et canino vos dente derodere coeperitis, non solum eos non superabitis, sed et vobis ipsis nocerebitis atque ab eis superabimini et innocenter forte peribitis. Qui autem ex*
 155 *vestro collegio fuerit et ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus quam sacerdos esse probabitur. Ecce, inquit propheta, quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Illi vero non in unum habitant, qui a fratrum solatio se subtrahunt, aut, quod deterius est, fratribus insidias praeparant^k aut laqueos ponunt.*

160 <C. 8> ET POST PAUCA.

Haec cavete, fratres, et bona semper agere festinate, quia in hoc cognoscent omnes, dicit dominus, quoniam mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Bonum est namque procul dubio et omnibus timentibus deum desiderabile, cohibere dissensiones et altercationes, fra-
 165 *tribus subvenire et invicem non invidere, sed adiuvare. Nos ergo, qui discipuli domini et^l dici et esse cupimus, portare crucem Christi et compati fratribus debemus et non quascumque eis insidias aut foveas praeparare, quia^m talionem meretur, qui foveam fratribus parat. Nolite errare, fratres, quia deus non irridetur. Huius rei gratia vobis dominus commisit eccle-*
 170 *siam suam, ut pro omnibus laboretis et cunctis oppressis opem ferre non neglegatisⁿ. Unde et dominus per prophetam loquitur dicens: Haec dicit dominus: Iudicate mane iudicium et eruite vim oppressis de manu calumniantis, ne forte egrediatur quasi ignis indignatio mea et succendatur et non sit, qui extinguat. Vos ergo, qui in summo speculo a domino constitu-*

i) dazu am Rand wohl <fu>turus nachgetr. B. j) Beginn fol. 4^r B. k) wohl korr. aus praeparent B. l) nachgetr. B. m) nachgetr. B. n) korr. aus negc-legatis B.

147 ideoque fehlt PsIs. 152 dente vos PsIs. 158 se solatio PsIs (aber solatio se u. a. V630).

<C. 8> 161-179 Ps.-Alexander (JK † 25) c. 14 (Schluß) - 15, ed. HINSCHIUS S. 103 Z. 17-33; ed. SCHÖN 018.htm. Darin 171 Ier. 21, 12.

Abweichungen: 164-165 fratribusque PsIs. 168 fratribus foveam PsIs (aber foveam fratribus u. a. P9629 aus Laon). 172 vi oppressos PsIs (aber vim I83).